Acervo ISA

CEDI - P.I.B.
DATA 15/04/87
COD 030204

<u>Cura animarum per interiores Territorii regiones</u>. Itinera pastoralia effecta anno 1945:

a die ad diem	per sacerdotem	in regionibus -:	Batism.	Matrim.	Ch.
1.I.- 8.I.	D. Athanasium	Cauamé, Taiana, Uraric., Murupú	14	6	-
9.II.-16.II.	"	Ajaraí, Uraric.	14	2	-
11.III.-24.VI.	D. Alcuinum	Surumú, Cotingo, Tacutú, Maú	274	60	-
13.VIII.-18.VIII.	"	Malacacheta, Surr.	9	2	-
9.IX.-22.IX.	"	Uraricoera	32	8	13
24.IX.-1.X.	D. Ildefonsum	Caracaraí	9	3	29
25IX.-15.X.	D. Alcuinum	Urucuéí, Tacutú	33	2	-
12.XI.- Finem	"	Mucajaí, Urar. etc	112	18	-
12.XII.-16.XII.	D. Ildefonsum	Murupú, Passarão,	24	8	111

<u>Notandum</u>: Propter nimias pluvias et inundationes ista itinera nonnisi ab initio anni usque ad mensem Maium et a mense Octobri usque ad finem anni convenienter fieri possunt. Fiunt communiter pedibus ambulando vel equitando et propter maximas extensiones percurrendas haud parvum ipsarum virium Physicarum a missionariis exigunt annisum. - Quoad receptionem Sacramentorum Poenitentiae et S. Communionis, missionarii nituntur obtinere quantum fieri potest, sed solus missionarius impotens est ad omnes congregandos, instruendos, disponendos etc.

<u>Cura animarum in civitate Boa Vista</u>: Numerus fidelium est circiter duo ad tria millia, numerus adhuc satis varians propter frequentes incolarum migrationes, antiquis recedentibus novisque passim advenientibus; id quod spiritui fidei et religionis colendo haud parum obest, quod etiam stabili et efficaci "Actionis Catholicae" constitutioni hucusque obruit. Ex aliquibus annis vegetat etiam nucleus exiguus sectae Baptistarum, duce ministro americano. Ceterum actus sacri cultus regulariter exercentur ac frequentatione non parva fidelis populi gaudet. Qui quoad maximam partem ex septentrionalibus Statibus Brasiliae adveniens magnam quidem et ingenuam fidem profitentur, sed in executione praeceptorum et Sacramentorum praxi saepe saepius deficiunt, praesertim viri.

Cura animarum ab uno ex sacerdotibus Territorii regulariter exercetur. In Dominicis et Festis tres Missae celebrantur ad commoditatem populi cum dispensatione Verbi Dei ac Sacramentorum; iisdemque diebus habentur devotiones populares cum Benedictione SS. Sacramenti. Cultus SS. Cordis exercetur consuetis actibus prima VI. feria cuiusque mensis, praecedente, feria V., "Hora Sancta" coram SS. exposito.

Actus specialis anno 1945 habiti:

16.III. Triduum preparatorium pro Festo S. Joseph; - 25.III. Recollectio spiritualis pro puellis ac feminis ad praeparandam Communionem Pascualem; Per totum mensem Maium magno concursu habentur devotiones Mariales; - 31.V. Processio Theophorica summo splendore fieri potuit; - 17.VI. Communio Pascualis virorum, qua participavit numerus haud exiguus juvenum et virorum; - 15.VIII. Pia Unio et Congregatio Mariana exhibet solemnem cultum B.M.V.; celebratur Missa Pontificalis; post meridiem habetur Sessio solemnis

Acervo ISA

Congregationum Marialium pluribus oratoribus de summa cultus marialis pro morali ac sociali vitae christianae momento verba facientibus;- 20.IX. Devoti B.M.V. "do Perpetuo Socorro" celebrant Festum hujus tituli cum Communione Generali ac Processione; 8.XII. Solemnitas externa Patronae civitatis, B.M.V. de Monte Carmelo, propter conditionem meteriologicam temporis in hunc diem translata, celebratur cum Communione generali Marialium ac solemni processione populi.

Ad Primam Communionem admissi sunt die   pueri puellae.

Lista das Associações religiosas.

Acervo ISA

Praelatura nullius de Rio Branco --- Prioratus S. Bonifacii

Acta curae animarum anno 1945 exercita.

Baptismata:

masc. s. 71 fem. s. 86 = 157

In civ. Boa Vista — Ex leg. matr. 141 ex concub. vel unione mere civili 5 ex forn. 11.

Civilizati 149 indigenae 8 = 157

masc. s. 249 fem. s. 280 = 529

In Territorio — ex leg. matr. 390 ex concub. vel unione mere civili 63 ex forn. 76.

Civilizati 361 indigenae 168 = 529

Per totum

masc. s.	320	fem. s.	366	=	686
Legitimi	531	non leg.	155	=	"
Civil.	510	indig.	176	=	"

Matrimonia:

	Inter caelibes	Viduum et Cael.	Cael. et vid.	Vid.
In civ. Boa Vista	25	2	4	–
In Territorio	85	16	13	7
	110	18	17	7

Per totum — Civilizati 76 indigen. 76 = 152
31 + 121 = 152

Impedimenta matrimonialia dispensata sunt hoc anno sex: dico: quinque 4 consanguinitatis in 2° gradu laterali simplici (tria erga civilizatos et unum erga indigenas) et 1 consanguinitatis in 3° gradu laterali simplici, erga indigenas.

Chrismata:

	Hom.	Mul.		
In civ. Boa Vista	75	112	=	187
In Territorio	60	92	=	152
	135	204	=	339

Obitus adultorum 30 parvulorum 7 = 37
masc. s. 21 fem. s. 16

Extremae Unctiones 26

Notandum: Tamn Obitus quam Extremae Unctiones nonnisi in civ. Boa Vista fieri ac registrari possunt. – Tribus viciobus negata est sepultura ecclesiastica propter scandalum publicum non amotum.

Sacrae Communiones:
In civ. Boa Vista
In Territorio